

me **V**ingre

~~...~~

me **O**mne.

~~...~~

mus in **I**...

~~...~~

le o

~~...~~

tan us dicens

~~...~~

in illu.

2
D. 168.

10. 9.

Chrysostomus sup 29 Matth: elegans ex:
comium. dat mala mulieris inquiring: puid.
aliud est mala mulier, nisi pietatis et amici:
tia inimica. ineffugabilis poena, necessarium
malu, naturalis detentio, desiderabilis ca:
lamitas, domesticu piculum, delectabile de:
tinentum, mali natura boni colore depi:
picta?

KA. 17.

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.


I B 108,


VITEBERG.


SIGNAT. c1515CCCXIII.


Stet liber hic donec fluvios formica marinos
Et bibat, et totum testudo pambulet orbem.


Augusti;
Vita aeterna nullis humanis reddis
Sed Dei donantis gratia largiente, donat.




















B Augustinus in soliloquijs cap: 14.

Spire cal ad Deum p illu^{str}atione
cordis sap.

O ignis, q semp ardes, et nunq³ extingvens, ac:
eunde p^{er}. O lux, q semp lutes, et nemo offus:
cans illumina me. Va^{is}, q non ardent ex
te. Va illis q non illuminant^{ur} ex te, Va caecis
oculis q te non vident, Sol illuminans coelum
et terram. Va caligantibus oculis q te videre
non p^{oss}unt. Va alertentibus oculis, ut videant
veritatem: Va o alertentibus, ut non vi:
deant Vanitatem.

Oratio MOSAH.

Num: 14.

Paterens Domine, et multa misericordiae, au:
ferens iniquitatem & scelera, nullumq³ innoxio:
rum derelinquens, q visitat peccata Patru^m
in filios, in terram et q^uam generatione.
Dimitte obsecro peccatum populi tui, miq³
secundum magnitudinem misericordiae tuae:
sicut propitius fuisti egredientibus Aegypto
usq³ ad locu^m istu^m.

O ardens semp q nunq̄ deficiis ignis

O lux aeterna lucis origo ^{DEVS.}

O lux divino fulgens splendore corusca

Tu nos accendas luminis ignetū.

Q nostras tenebras in lucem verhis et iq̄

Nobis aeterni luminis iade bonum.

Vae caecis vimum, cassisq̄ calore sup̄ no

Qui non de facto lumine hunc

Vae caecis oculis, q̄ te non usq̄ tuentur

O Lux illustrans solis utraq̄ do

Tu venim lumen de vero lumine mai

Tu veni vera de Deitate ^{mans} DEVS.

Vae caecis oculis, q̄ te non ^{possunt} cernere

Q solḡ vera lucis origo ^{DEVS}

Vae caecis q̄ flectunt lumina caeca

Ne te cognoscent, haec simulachra,

mahi.

Oratio Moysi Num: 14.

Qui scelum formas poena subeunte coer,

^{ces}
Iustitia vindex, et bona qzqz phas

Maiora punis simul et delicta minorz

Exadunt iram, secla reculla, tuam,

Et patrum decoras simul et benefacta ne

Grandes p^{otum}cipiunt, postera secla de

Di huc qzqz tui populi crimenz ^{cus} secluzqz

Sume DEVS, multa qz pietate vales,

Dix mitis populi peccatis, Rex populoz

Sicut ab Agypto, cum graderentur,

In bello contra Turcam ^{eras}

Vtrum vel densas, vel agas in bella co:
^{Regis Afa: 2 Parahp: 14,}

~~Landes~~

^{Sortes}
Raras, equata stat tibi lance DEVS.

Auxilio nobis adsis, hostilia contra

Agrina, prutem soepe minata gravem.

Nos bonitate tua freti, crepitanibus
Aggredimur tuto pectore Mar-
tis oppo-
Hut non obvertent his arma minan-
tialibus:
At dabit eos foras, dextra manu
nece.

Oratio Job: x
Hudq dilectae sum matris matq ab alto
Et nudam repeta, vite cadaver,
Quae deberat, nudo clemens DEVS ab
Hancq voluntate ^{At hinc id e} ^{quod p blas}
Sic magnu nomen Domini ^{se de cet} super oia
Notaq per cunctas, sunt sua facta
Ut eruanur ab ^{4 tribg.} Adversarijs
Isai: 37

O Deus Israël, sit nostra precatio grata
Vincere duntaxat pectoris apta tui.

O princeps Regū, quo sunt auctore evocata

Quod habet bellū, ætherea quæq; bant^{ta}.

Da regem fessis, lapsisq; resurgere velis,

Instauresq; nove, moenia firma, si

A seere depressos, faciat, ab hostib; ^{on} viris.

Omnia cognoscent te quoq; regna,

Oratio Salvatoris ante ^{DEUM}

mortem.

Enipeme genitor venerande dolorib; ægis

Si placet: interea sit tibi bellū tu^{um}.

Oratio Certionis. ^{um,}

O DEUS, ^{Matth: 9.} sand equem tanto me dignor

Protingūt placidā subeas me limina ^{sonore}

Sed tm̄ verbu pmas, et salu fronte
habebor.



Oratio discipulorum in piculo ma-
ris Matth: 8

Quem penes arbitrium terra, maris
aethiens, vni est
Huc celer auxilio, ne peamus

ades.
Oratio Stephani p^rmar-
tyris.

Acton 7.

Cui ab arbitrio tellus dependet et aether
Spiritus hic manibus creditus esto

Oratio Eleazar ad supplicium
ducti, et idem monituri
2 Machab: 6.

Domineq habes sanctam fidei rham
manifeste tu fuis, qd cum a morte pos-
sem liberari, duos corporis sustulisti
dolores, secundum animam v. p^r timo-
rem tuum, libenter hoc patior.

Pro Vita necas comedat
Oratio Salomonis

Proph. 30

Duo rogati te, ne deteges mihi ante:
quam moniam, Vanitatem et Verba mea;
daci longe fac a me. Tribue tui victu
meo necas. He forte fatiatq; illi car
ad negandu, et dica p est Dominus?
At egestate compulsus fuerer, et p furem
nomen Dei mei Amen.

Oratio Jeremiae

Sana me Dne et sanabor; saluum me fac
et saluus ero, quoniam laus mea es tu.
Non sis tu mihi formidini spes mea tu in
die afflictionis. Confutantq; q me ple
q; tunc, et non confundar ego; patiant
illi, et non patecam ego. Induc sup eos
diem afflictionis, et duplici conturbos
ne contere eos. Amen.

Aha Jerem. 31

Castigasti me Dne et audivi ju q; vasi interuentu
indomiti. Converterte me et confortar, quia
tu Dng Dns meq. Postq; n. reverti st.

me, qui poenitentiam, et postquam ostendisti
mihi, percussisti femur meum. Confessus sum
et erubui, quoniam sustinui opprobrium ad
reuerentiam meam. Amen.

Oratio fleazarum iamiam moriturorum
2 Machab. 6.

Quem penes est vita, tollenda scientia,

Quem penes et vita, sunt quoque
Et ueni mihi vite mortalis terminus astat
iura neque.

Virgens, et carpit saucia munda;
Atque anima pro vite, mortisque labo:

Tristes propeior teq. iubente,

Pro vite nequeo comatu
lubens,

Oratio Salomonis Pro 10:

Ante obitum meum, duo de propece roga:

Sit procul elato vana ab ore sonantia
Vana procul cedant turpissima mendacia
linguae,

Quae libem foeda suspitionis hnt:
Nempe paupertas vita traduat egeat:
Sarcina nec leuū segnis obumbret
Da q̄ hoc p̄fens eget abū, copia de fit
futur p̄ luxū, ne male sang agar.
Corruptaq; leuon, ne prava ferocia,
Oblitq; ptūj non deat esse Deū.
He nimia fordes, ne, nuda vel angat
Et p̄uery egeus ad mala fertat tra:
SAR

Jerem: post afflictione poenit:
Judomūq; velūq; mitefit ab ante in venig
Sic ego sum domūq; post tua flagra
Ta virtute tua p̄fenti illabere Deū
Exoptar expept, hinc tua iussa Deū.
Poenitūq; certe p̄ plurima crimina vna
Exacte, post q̄ p̄agnūq; patefacta
Delicta falso subiit pudor, int̄ mi hi,
Sūstituatq; ingens, acta in ventūq; p̄būm

Benedictio Seraphim.

Isai: 6

Ter sanctum nrm Dominuq; ^{Dei} Vm;

Laudib; e coetu, plenag; terra ^{Et caelo}

Gratiarum actio Pauli ^{tuis}

q; conversione sua.

Regi pennis gloria

Et nox recūnit hūmida

Per quem dies recūpta

Et nox recūnit hūmida

Qui mortis extra terminū,

Est vera lux circumfluens

Non defitans gaudijs,

Hominum nec ulli cernit.

Regi creatori pio

Sit lux, potestas sit decus

Sit omnis et beatitas,

Sit laus frequens, nec ultima

Honor decus, q; adhibet

In sempiterna secula. p

Gratianus aethio senio m

Apocalypf. 7

Sit Domino virtus, benedictio, splendor, et

Lux decq, ^{Honestas} impium, gloria, vita,

Jure tibi venit, venietq per cruce; ^{Salus.}

Et laus et mentis debita fama

Omne solatium ^{tuis.} studio, atq adeo
vivendi desiderium ex literis
petit. Plinius Junior.

Certa cupis in fene solatia ^{stata} vita

Sunt literae, veterem sunt bona scripta

Musa levat moestos, satisq dolonib ^{patm.} oblat

Sufficit Divis prima rely ^{ope.}

Et nunc et literis fastidi barbare do:


Dulces ex Musis dulce ^{cos,} letantur ^{unt.}


^{Vulgaru.} Hobite vincendi genus patientia vincit

Et patit, si vis vincere, discat pati.

[Faint, illegible handwriting on aged paper]







EPIGRAMMA DE DO-
CTISSIMO VIRO IOHANNE HED-
derico, in appellationes Filij Dei
carmine redditas

IACOBI CEPHALOEI
Arnsuualdensis.

ERgone mortales tanto discrimine certant?
Dumq; alius sectatur opes, petit alter honores,
Et freta, spe dubius, spumantia nauigat alter,
Et cupidus messis ferro dum sauciat agros
Agricola, & lassus currit bellator in armis:
Clarus hic ingenio & rara uirtute Hedericus.
Ecce sonat triplici lingua mysteria diuūm,
Docta q; mellifono modulatur carmina cantu.
Quare agite ô Iuuenes, studijs qbus addere mens est
Discere & ex sacro cœlestia numina fonte:
Hec alacres placido percurrите carmina uultu.

Anno

M. D. LXXIX.

AMPLISSIMIS ET
PRÆSTANTISSIMIS VIRIS, NO-
bilitate, prudentia alijsq; uirtutibus ornatissimis,
Domino IVDICI, & reliquo Senatui Liberae,
Regiæ, metallicæ ciuitatis SCHEMBNICIEN-
SIS in Pannonia, Domini, Patronis &
fautoribus suis obseruandis,

M. Iohannes Hedericus

S. D.



RAVISSIME ET
dulcissime dictum est
à Salomone: Turris
roboris nomen IE-
HOVA, quò iustus
currit & tutus est. In
pluribus etiam alijs scri-
pturæ locis, serio nobis demandatur res-
ligio & reuerentia sacri nominis, quod
& sancte coli, in inuocatione quotidiana,
iussu ipsius Filij Dei, expetimus. Etsi
autem recte institutis notum est, in his
& similibus sententijs, paulo latius, quam
fit vulgo, accipi vocem nominis, & tro-
po quodam, quo signa pro signatis res-

A ñ bus

bus & contra sumuntur, intelligi per
illam quicquid ipsi DEO recte veres
que tribuitur: tamen ad ipsius quoque
appellationis, qua viuum verum & æter-
num illud numen nominamus, obser-
uationem & considerationem, nos talis
bus dictis deduci manifestum est.

Extant vero varia & multa in sacris
veteris & noui Fœderis siue Testamen-
ti libris nomina, quæ DEO adscribun-
tur, & quorum in compellendo ipso,
nobis vsus frequens est. Admonent
nos pleraq; ex illis de rebus grauissimis,
& mysteria peculiaria quædam ex ijs
innuunt, quæ quidem si attentiores su-
mus aliqua ex parte conijcere, in hac ta-
men caligine non satis exacte cogno-
scere possumus, donec in futura vita ex
æuroficia vel intuitiua, vt vocatur, noticia,
quæ omnium erit certissima, rectius talia
intelligere discamus. Inprimis autem
earum appellationum magnus est in li-
teris sacris numerus, quæ Filio DEI
vnico Saluatori nostro, vtpote qui præ-
cipuus

cipuus est scopus totius doctrinae salu-
taris, competunt, quibus singulis arduae
& multiplices commonefactiones con-
tinentur, quae consolationes quouis ne-
ctare & melle dulciores pijs mentibus
ostendunt & proferunt. Nam vt ex
emplo id quo volumus declarem, vel
ex vnico nomine IESCHVA recte
& pie cogitantibus abunde patet, quod
illud omnia exhibiti nobis Christi bene-
ficia complectatur, & suauissimas con-
solationes in quocunq; tentationum ge-
nere afflictis suppeditet. Qua de re etsi
copiosa & proluxa posset à nobis expli-
catio institui: tamen cum huius non
videatur esse loci, eam praecidimus. Ex-
periuntur etiam omnes pijs re ipsa id
quod asserimus, vt si quando terroribus
peccati obruuntur, maxime dulcissi-
mum hoc nomen habere locum animae
aduertunt, cum & Domini Angelus
eiusdem nominis interpretationem lon-
ge exoptatissimam exprimat, cum nomi-
nandum ita Filium Dei ex virgine in
terris natum promisit, quod seruaturus

A iij sic

Tit populum suum ex peccatis ipsius,
Cum igitur res summæ succinctis
appellationibus huiusmodi comprehen-
dantur & significantur, maximopere
ego semper illarum consideratione sum
delectatus, & puer etiam si quando or-
dine aliquid à parentibus vel præcepto-
ribus recitabantur aut annotabantur,
avidissime eas excepi & obseruaui, atq;
postea sensi me nunquam non ex illis
plurimum solatiij hausisse. Ea de causa
sæpe optaui, vt ex Biblijs eas aliquis se-
orsim colligeret, & interpretationes de
singulis adderet, quæ memoria facile per-
ciperentur. Quod cum non factum
esse à quoquam, quantum mihi quidem
constat, hactenus viderim, ego aliquid
in eo genere pio quodam studio conari
ausus sum, & in priuata sacrorum libro-
rum lectione, appellationibus Christo
peculiaribus notatis, ex proprietate lin-
guarum eas reddidi, & versibus singu-
las exposui, cum in planiori & commo-
diori modo quodam meæ, & fortas-
se publicæ etiam vtilitati hac in parte
ins

inferuirem, iustæ cuiusdam & idoneæ
functionis ratio, mihi nullam num præ-
beret occasionem. Eo etiam nomine
spero mihi apud lectores candidos $\sigma\upsilon\upsilon\zeta$
 $\gamma\omega\sigma\tau\omicron\upsilon$ id facilius futurum, sicubi non sa-
tis dextra & plena interpretatio à nobis
posita erit. Nam hoc tempore hac in-
re non quod volui, sed quod potui per
aduersam valetudinem & fortunam,
qua nusquam non boni quicq; iactantur
in his mundi fecibus, me præstitisse pro-
fiteor.

Amplitudini autem vestræ D.
I V D E X, & Senatores Ornatissimi,
hoc quicquid est piorum conatum,
ideo potissimum nominatim dedicare
volui, quod mihi rationibus iam pridem
plurimis V. A. laudabile in vera reli-
gione & purioris doctrinæ professione
studium, certe notum esse cœpit. Nam
elapsis ab hinc aliquot annis, cum Pasto-
ris in Ecclesia vestra munus offerret
V. A. Reuerendo viro, pietate, erudi-
tione, magnisq; virtutibus præstanti
D. M. Lucae Cononi, amico mihi cum

A iij pri

primis caro & obseruando, cognoui partim
ex literis oblateꝝ uocationis mihi mon
stratis, partim uero ex legatorum orna
tissimorum & honestissimorum qui tum
aduenerant è medio uostro colloquijs,
maximi à Deo opt. Max: collati in uos
beneficiꝝ loco id haberi, & ut decet co
gnosci ab A. V. quod Euangelij lucem
in Ecclesia uestra sanctissimam benigne
accenderit, & multis hæctenus annis con
seruari, ut quamuis mox uicina Turcarũ
rabies & barbaries uestræ terræ multum
faceſſat negocij, confirmatum tamen ue
stræ pietatis & doctrinæ salutaris in V.
A. studium, mente & corpore à fatalibus
cladibus & subuersionibus uos mites
habitare faciat, & quascunq; uitæ huius
erumnosæ asperitates mitiget atq; leniat.
Quod ipsum ut fiat deinceps etiam uniu
erse exopto, & Deum æternum ueris ge
mitibus oro, ut in aurifodinis uestris lu
cem sinceræ doctrinæ perpetuò conser
uet, & eandem augeat in uobis, utque
concessa huius quoq; uitæ aliqua tran
quillitate excelsa uel idola quæuis pu
nant

gnantia cum verbo suo, e terra vestra
ehciat, neque eam, neq; vniuersam no-
stram patriam, vnquam caligine Ma-
hometica aut alijs confusionibus obrui
patiatur.

Bene & feliciter va-
leat A. V. & omni bonorum genere
perpetuos in annos crescat & cumule-
tur, Amen. Vitebergæ Calendis Au-

gusti, Anno à recuperata per Chris-
stum Immanuelem

salute

M. D. L X I X.



INTERPRETATIO
DULCISSIMARVM APPELLATI-
onum Filij Dei, Domini & Seruatoris
nostri Iesu Christi, quarum in scriptis
Propheticis & Apostolicis
passim est vsus.

*D. Hieronymus ad Marcellam
scribens, decem nomina annotat, que
in sacris literis vero & viuenti DEO
attributa reperiuntur.*

1. אֱלֹהִים quod vt & subsequencia duo
deducunt ab אֱלֹהִים, & significat poten-
tem, siue eum penes quem est facultas
faciendi aliquid, & cuius potentia se-
late extendit atq; exerit. Vulgo reddi-
derunt vocabulo fortis. Ipsi autem Deo
per Antonomasiam tribuitur.

2. אֱלֹהִים quod quamuis forma
sit plurale nomen, tamen verbum seu
pronomen appositum, siue prædicatum
ipsius, si de vero & eterno Deo dici-
tur

tur, singulare est, ut mysterium vnius
veri Dei & trium diuinitatis perso-
narum indicetur.

3. אֱלֹהִים à qua singulari appellatione,
proxime illud præcedens deductum
esse patet. Est autem hæc deriuatiua
à priore אֱלֹהִים. Sunt tamen qui ab אֱלֹהִים ad
volunt deriuatum, ut Deum præsen-
tem ac præsto significet. Sed Etymo-
logia, à radice prius indicata, plerisq;
magis probatur, & eatenus Deo nomi-
na hæc à iurando tribuuntur, quasi di-
catur ὄρκιος, iurandus. Nam maiestas
diuina hoc ut sibi soli debitum officium
postulat, iurari per nomen ipsius, &
non per vllam creaturam. Simili qua-
dam ratione etiam alibi Deus, per me-
tonymiam אֱלֹהִים timor siue pavor dici-
tur. Vulgo aut nomina ista interpretes
Græci voce θεός, Latini Deus, reddunt.

4. צְבָאוֹת quod est plurale à nomi-
ne צָבָא exercitus, sed nunquam singu-
lariter nomini diuino, ob rationem quæ
alibi recitatur, attributum esse legitur.
Septuaginta duo Græci interpretes
reddiderunt voce δυνάμεις, vnde &
Latinus interpres vetus, Virtutum.
Hieronymus in 2. cap. Zacharie anno-
tat, quod ydem loco illius posuerunt
παντοκράτωρ. R. Aquila proprie vertit
exercituum. Sed Hieronymus Ebrai-
cam appellationem, vt & in alijs qui-
busdam nominibus, in transferendo re-
tineri mauult.

5. עֵלְיוֹן ab עֵלָה Deo attributum
significat supremum siue altissimum,
quali dictione & vulgo redditur Græ-
cis ὑψιστος.

6. אֲשֶׁר אֱהְיֶה אֲשֶׁר אֱהְיֶה quam appella-
tionem Deus ipse adscribit sibi Exo-
di

di tertio, ubi & unico effertur verbo
היה. Deducitur ab היה verbo sub-
stantiuo, quod mihi videtur recte posse
dici fundamentum & ostium lingua-
rum. Et hinc ut Ebraei, ita Graeci
quoque & Latini, alijque populi, suos arti-
culos, substantiuum verbum, & nomi-
na quaedam diuina mutuati sunt, qua
de re alibi dicendum: Redditur au-
tem appellatio haec simplex Ero, vel
eram: & tota oratio, Eram qui eram:
vel, Ero qui ero. Vetus interpres
transtulit, Ego sum qui sum, ut & Se-
ptuaginta duo, ἐγώ εἰμι ὁ ὢν. Nec est
inuisitatum ut futura Ebraeorum red-
dantur in linguis alijs per praesens.

7. יהוה à יהוה siue יהוה, sub ה lite-
ra cametz habens, semper & ubique su-
stentatorem significat Deum, vel Fi-
lium Dei, qui sustentator est & colum-
na

na Ecclesiae suae. Græcus vulgariter
reddit κυριος, Latinus Dominus.

8. אֱלֹהִים diminutivum vel abbrevia-
tum est nomen à proxime subsequenti,
cum quo et eiusdem est derivationis &
significationis. Huic maxime qua-
drat τὸ ὄν, Dei essentiam notans, de quo
& Philosophi multa.

9. אֱלֹהִים ab אֱלֹהִים siue אֱלֹהִים Est no-
men Dei excellentissimum, quod E-
braei vocant שֵׁם הַמְּבֹרָךְ, & אֱלֹהִים
אֱלֹהִים. Græci τετραγραμμον, & τετρα-
γραμματον, itemq; ἀνεφώνητον. Denotat
autem essentiam Dei, quod ipse solus
sit æternus, verè existat, nec mutuetur
esse suum ab alijs, sed quod ab eo cæte-
ræ res omnes vt sint vel existant con-
sequantur. Sic & Rex David Kim-
chi asserit, ideo Deum omnipotentem
ita vocari, quod sit creator mundi, &

אֱלֹהִים

calla

causa cur mundus sit. Græcus interpres plerunque reddidit per Vocem $\nu\acute{o}\varsigma\iota$ & Latinus per Dominus, sed neuter propriam nominis huius vim assequitur, verum tales appellationes tribuuntur Deo ipsi vel κατ' ἑξοχὴν, vel quod Iudæi loco יהוה semper legunt יהוה.

IO. יהוה deductum vel à יהוה , vel compositum ex ו relatiuo & nomine יהוה , Significat vberimum, cuius bonitas in omnes se extendit creaturas, vel ex se sufficientem & potentem ad perficiendum omnia, quemadmodum Hieronymus interpretatur. Græci verterunt παντοκράτωρ, Latini omnipotens.

Has decem appellationes, breuiter ob vsum quotidianum à nobis declaratas, & alias si quæ sunt in sacris similes,

les, quæ singulis personis Diuinitatis
conueniunt, reddendas nunc non susce-
pi, sed ad eas progredior, quæ Filio Dei
sunt peculiare, in quarum numero
duæ præcipuæ & vsitatissimæ sunt,
quas ideo quoq; primo loco collocabimus.

I.

יֵשׁוּעַ אֱלֹהֵי יֵשׁוּעַ uel potius הוֹשִׁיעַ, ΙΗΣΟΥΣ,
IESVS. Interdum recipit hoc nomen epenthesin
הוֹשִׁיעַ הוֹ ut יהוֹשִׁיעַ.

Interpretatio illius Angelica extat Matth. i.

Angelus igniferi demissus ab ætheris axe,
Iosepho in somnis talia dicta refert:
Quæ sacro superi prægnans est numine Flatus
Progignet Gnatum uirgo Maria Dei,
Exhibitum quem tu cœlesti munere terris
Dulcisonum IESV nomen habere iube.
Namq; per hunc populis reddentur dona salutis,
Quæ iam per longum perdita tempus erant.
Illius & merito tollentur crimina quæuis,
Regula iusticiæ quæ sacra ferre nequit.

De

De eodem.

Astripotens misit Gnatum de sede suprema
Quem Pater, haud horrens tristeue nomen ha
Voce salutatur sed Saluatoris amica, (bet
Illa sponte pijs uoce uocatus adest.
Ergo nos causa qua moti corda geremus
Tristia? cur turbet pectora quodq; malum
Quin potius mentes si quando crimina terrent,
Si mors, si Sathanas, lurida siq; palus:
Dulcia concipiant illæ solatia fortes,
Hæcq; procul pellant nomine monstra sacro.

II.

מְשִׁיחַ אֶל מְשִׁיחַ, מְשִׁיחַ, Vinctus. Psal. 2. Dan
niel. 9. & passim in ueteri & nouo Testamento.

Interpretatio.

More sacerdotum gaudet Regumq; uetusto
Vinctum se dici Filius ipse Dei,
Ipsi quod tales uere debentur honores,
Antiqui quorum forte tulere typum.
Maximus est etenim Rex & qui talia gessit,
De nullo dici qualia Rege patet.
Est etiam summus, reliquos pietate, sacerdos
Vincens, & solus munia iusta facit.
Vngitur inde noua simul hic ratione modoq;
Illius unguentum Spiritus estq; Dei.

B.

III.

III.

זרע הנשה, Σπέρμα τῆς γυναικός,
 Semen mulieris. In Chaldaeo Filius mulieris habetur.
 Gen. 3.

Interpretatio.

*A fragilis piget haud mulieris semine sumptum
 Aeterni Gnatum nomen habere Patris.*

*Nos quia natus homo miseros è uirgine pura
 Eripuit summa pro bonitate malis.*

*Humano generi quæ noxia damna parare,
 Crimen ob admissum tempus in omne queant.*

Hinc idem culpæ, tali sub corpore, causam

Hostis contriuit colla superba trucis,

*Et nos, abiecto tanto sub tartara monstro,
 Perpetua iussit commoditate frui.*

IIII.

זרע אברהם, יצחק, יעקב בו התברנו
 Σπέρμα τοῦ ἀβραάμ, ἰσαάκ, ἰακώβ, ἐν ᾧ εὐελογῶνται πάντα τὰ ἔθνη τῆς
 γῆς. Semen Abrahæ, Isaac, Iacob, in quo benedi-
 cuntur omnes gentes terræ. Genes. 12. 18. 22. 26.
 28. Gal. 4.

Interpretatio.

Dicis

Dicitur è Patribus nascendum semen IESVS,
 Ex illis genitrix casta quod orta fuit:
 Intacta cuius posthæc est editus aluo
 Hic Dominus, de quo tot sacra dicta monent.
 Gentibus & cunctis benedictio danda per ipsum
 Offeritur dulci cum simul ore Dei:
 Perspicuum sic fit naturam semen habere
 Hoc quoq; diuinam, sydereumq; decus.
 Tollitur haud meritis hominum maledictio nanq;
 Est sed cœlestis numinis illud opus.

V.

שִׁילָה quam appellationem simpliciter dedux-
 imus à שִׁילָה. Quidam ueterum formant à
 שִׁילָה שִׁי הַּ loco pronominis fœminini generis su-
 munt, quod tamen ob adscriptum punctum cholera
 ratio grammatica non admittit. Chaldaeus inter-
 pres pro uoce hac ponit מְשִׁילָה. Hieronymus ex
 Ebræo legit Schiloah. Graeci longius sanè à fonte
 recesserunt, cum reddiderunt, τὰ ἀποκείψα, α,
 quos malè postea interpretes quidam Latinorum
 secuti sunt &c. Gen. 49.

Interpretatio ex priori
 deriuatione.

Isacides fausto designat nomine CHRISTVM,
 Illius in terris gesta futura canens

B ij

Omnia

Omnia nam dulcis tulit hic felicia SILOH,
Solutus est nobis unica prosperitas.
Is ueniens tristes fecit cessare dolores,
Qui poterant mentes excruciare pias.
Commisso tollens dignas et crimine poenas,
Emeruit populo fata beata suo.
Aduerse sicut superata fraude cohortis,
Cernatur quicquam non superesse mali.

Interpretatio ex altera deriuatione.

Huc qui descendit coeli Saluator ab alto
A tenui multum nomina pelle tenet.
Carne quod adsumpta purae sub Virginis aluo,
Illum tunc $\chi\acute{o}\sigma\iota\omicron\pi$ uile referre patet:
Corporis innocui quando lacerata fuerunt
In cruce tam diris membra cruenta modis.
Ingens supplicij pondus quod pertulit, ut nos
A fato tutos redderet ipse graui.
Materna partes pollutum labe per omnes
Qui $\chi\acute{o}\sigma\iota\omicron\pi$, nimis et sordida massa sumus.

VI.

$\aleph\aleph$, προφήτης, Propheta, κατ' ἔξοχον
 $\chi\lambda\omega$ etc. Deuter. 18. προφήτης μέγας, Propheta
magnus, Luc. 7.

Inter

Interpretatio,

Meschiah fratrum Vates de stirpe suorum,
Nascendus sacro proditur ore Dei.
Isacide cretus quoniam de sanguine stirpis,
Est sub mortali corpore factus homo.
Officium sancti Vatis suscepit & ipse
Gesserunt reliqui non modo quale prius.
Qui saltem patriam docuerunt talia gentem,
Numen quæ iussit tradere uoce sacrum:
Sed quoq; præterea propriū sibi tale Propheta
Vendicat hic magnus, quod Deus est & homo.

VII.

מֶלֶךְ הַכּוֹכָבִים, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, Rex
gloriæ. Psalm. 24. מֶלֶךְ ὁ βασιλεὺς, Rex,
Psal. 2. 72. Zach. 9. Matth. 21. ὁ ἄρχων τῶν
βασιλέων τῆς γῆς. Princeps regum terræ, Apo-
calip. 1.

Interpretatio,

Cum Christus Rex sit uerus summusq; Monarcha,
Rectius hoc reliquis nobile nomen habet:
Illius in manibus siquidem sunt omnia mundi
Regna, colunt istum cuncta creata Ducem,
Aduersus Sathanae miseros fortissimus ille
Vim Rex defendit nos sine fine grauem.

B iij

Pros

Prostravit nec non alios quia fortiter hostes,
Hunc quoq; uictorem subdita turba canit.
Est etenim uictus quod mundus, mors & Aueruus,
Heros cunctorum maximus ille facit.

Alia.

Gloria cœlesti merito datur unica Regi,
Promitur egregiæ laudis & omne decus.
Huius nam tanta est maiestas, tantaq; uirtus,
Monstrari similis quanta sub orbe nequit.
Illi defertur talisq; potentia soli,
Cui par non quisquam uiribus esse queat.
Adde quod & nobis accedit gloria, si qua
Hoc ipso uere non nisi dante uenit.
Illum sic uirtus sic gloria summa coronat,
Salua per hunc etiam gloria nostra manet.

VIII.

תולעת, σκώληξ, Vermis, Psal. 22.

Interpretatio.

Esse creatorem cunctorum scimus in orbe
Quem rerum, uermis nomina spreta refert.
Reptando ceu se quia torquet sepius iste,
Nunc huc nunc illuc uertere seq; solet:
Haud aliter populo noster Seruator ab omni
Abiectus, quo se hinc uertat & inde uidet.

Verus

Verus homo se uis ubi plagas sustinet, insons
Ferre nec extremum dedecus ipse negat.
Damnatis (bonitas o maxima) crimine nobis
Amissum posset quo reparare decus.

IX.

כהן לעולם, ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα, Sas
cerdos in seculum. Psal. 110. Hebr. 5.7.

Interpretatio.

Omnia quod CHRISTVS uiuat per secla Sacerdos,
Cœlica Iessæi carmina uatis habent.
Tempore quo fuerant nam condita nulla per orbem
Assedit dextræ proximus ille Dei.
Concilians nobis et summum supplice Patrem
Voce, Sacerdotis munia sacra subit.
Quimetiam temnit fieri non uictima, nostri
Posset ut haud sceleris quis superesse locus.
Iamq; docet sanctum quem colligit undiq; coetum,
Illius ad Patrem uota precesq; refert.

X.

אבן היקנה לראש פנה, λίθος ἔς
ἐγκυήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας, Lapis qui factus est
in caput anguli. Psal. 118. Matth. 21. Marci 12.
Luc. 10. Ephes. 2.

B

iiij

Intera

Interpretatio,

Meschiam lapidis signant sacra dogmata uoce,
Angulus electæ qui datur esse domus.
In qua sublato ueteri discrimine, iuncto
Cœperunt gentes uiuere corde duæ.
Nam sit Iudæis & gentibus ut locus idem
Efficit erectus firmiter iste lapis.
Hinc est iam ratio penitus diuersa remota
Cultus, nec quicquam iura uetusta ualent:
Vnica sed ueræ fidei coniunctio restat
Et pax, hinc unus Spiritus atq; gregi.

XI.

לְמַנְיָאֵל, Ἐμμανυήλ, Immanuel, Iesaiæ
7. Matth. I.

Interpretatio,

Dicitur Immanuel Christus, dignatur habere
Quod corpus nostrum, cum sit & ipse Deus.
In mundo præsens & gaudet adesse quod illis,
Mortales qui sunt conditione uiri.
Dum miseros summa nos pro bonitate gubernat,
Adsiduè curans ceu sua membra pios.
Et sibi templa parans nostris in cordibus, ignis
Per uerbum spargit lumina grata sui.
Deniq; nos culpa culpæ precioq; solutos
Regni participes efficit esse sui.

XII.

XII.

נְהַי, θαυμασός, Admirabilis. In Graeco textu huic praepositur appellatio μεγάλης βαλῆς ἄγγελος, quae planè non extat in Ebraeo. Esai. 9.

Interpretatio.

E casta sanctus puer est qui uirgine natus,
Ardua uel titulum mira gerentis habet.
Singula nam fecit quae quouis tempore, nostrum
Excedunt captum iudiciumq; leue.
An non mox infans terris ubi nascitur ille,
Cuncta satis miro gesta fuere modo?
Quid quod mira docet, miracula maxima posthac
Numinis et prodit signa sacrata sui?
Sic hodie mirè quoq; cuncta regitq; regetq;
Iam prope dum finis totius orbis erit.

XIII.

נְיִי, σύμβολος, Consiliarius. Ex eodem capite.

Interpretatio.

Dicatur puer et quod Consiliarius iste
Diuina Vates uoce monente canit.
Æternæ nam consilio Deitatis adesse
Ipsam quo motus quis dubitare uelit?

B v IS

Is primi grauibus per crimina dira parentes,
Cum poenis essent perpetuisq; rei.
Sedibus arcanis quoq; non prodire ueretur,
Hic et decreti nuncia ferre sacri.
Idem consilio nec non pia corda gubernat,
Monstrat & in cunctis pharmaca fausta malis.

XIIII.

אל גבור, θεός ἰσχυρός, Deus fortis siue
præpotens. D. Lutherus seiungit. In Græco præter
rea additur ἄσσιασός, quod non est in Ebræo.
Ex eodem.

Interpretatio.

In terras cœli puer est qui missus ab alto,
Nostra licet fragili corpore membra gerit,
Et nasci magna sub paupertate uidetur,
Atq; loco nusquam commodiore frui:
Cum uerus tamen ipse Deus sit, nulla sub orbe,
Res est quam Domitor non superare queat.
Nil est cunctorum quod non ditissimus ille
Possideat, forti non regat atq; manu.
Subiacet ipsius sublimis legibus æther,
Subiacet & patulo quicquid in orbe manet.

Alia.

Attribuit Vates etiam uires sacer ipsi,
Non quales mundus Regibus esse uidet.

Nec

Nec robur quondam ualidos retulisse Gigantes,
Quale Poëtarum scripta uetusta docent:
Tale sed his longe cunctis quod præualet & quod
Vis uel perpetuò frangere nulla potest.
Hic at in infirmis nobis quoq; facta potentis
Numerus exercet, subsidioq; uenit.
Ac per nos nimium fragiles celebrare triumphos
Gaudet de Sathana de Sathanæq; grege.

XV.

Πατὴρ τῶν αἰώνων, ὁ ἀείωνος
& Pater æternitatis, siue æternus. In Græco
ordo appellationum hic est inuersus. Ex eodem.

Interpretatio.

Huic datur Æterni quoq; compellatio Patris,
Quod fouet hoc agmen semper in orbe pium.
Tale quod & Patris gerit in nos quale parentem
Cernimus in natos prodere sponte suos.
Qui nulli parcit curæ nulloq; labori,
Adsint ut soboli commoda iusta suæ.
Et sentit fido summos sub corde dolores,
Hanc uitæ quando tristia damna premunt.
Haud secus hic homines uere nos curat amatq;
Tangitur & nostris corde dolente malis.

XVI.

XVI.

שֵׁר-שְׁלוֹם, ἄρχων εἰρῶνος, Princeps
pacis. Ex eodem.

Interpretatio.

Inde salutatur Princeps bene pacis & idem,
Quod solus pacis munera sancta ferat,
Munera quæ curis & pressa doloribus ægris
Pectora multiplici parte iuuare solent.
Omnia nam præstant hæc commoda seu bona, munera
Maxima iudicio quæ putat esse suo. (dus
Aurea res cunctas hæc pax complectitur in se,
Perpetuo constat uita beata quibus.
Hic cessat grauis ira Dei cessantq; piorum
Ærumnæ, quas uix sustinuisse queant.

XVII.

חֵטֶר נֶצֶר מִצֹּעַ יֵשׁוּ׃ שֵׁרֵשׁ יֵשׁוּ׃ אֲשֶׁר
עֵמֶד לְנֶס עַמּוֹם צִמָּח צְדִיק דָּוִד׃ יְהוָה
צְדִיקֵנו׃

ῥάβδος, ἄνθος τῆς ῥίζης ἰεσσαί. ἢ ῥίζα τοῦ
ἰεσσαί ἀνισάμυθος εἰς σημεῖον τῶν λαῶν. (Græc
cus habet, ἀνισάμυθος ἄρχων ἔθνῶν.) ἀνατολί
δικαία Δαβὶδ. κύριος ἰωσεδ' ἐκ (ut Græcus ha
bet) ἄος τοῦ Δαβὶδ. Virga, surculus stirpis Isai.
Radix Isai quæ stat in signum populorum. Germen
iustum David. Iehoua iusticia nostra. Filius David.
Iesais

Iesaiæ 11. Ieremiæ 23. 33. Matth. 22. Psal. 110.
Apocal. 5. 22.

Interpretatio.

Radix Christus Iessæ fulgidus est flos,
Nobile Dauidico sanguine stemma refert.
Illius illustris sic Rex ab origine Regis
Imperij sceptrum claraq; regna tenet.
Et quia uirtutis præcellit laude supernæ,
Hic illo numen stemmate maius habet.
Nam Deus est pariter uerus mundiq; creator,
Debetur cultus cui sub honore sacro.
Id propter summus describitur esse IEHOVAH,
Munera iusticiæ qui dare summa potest.

XVIII.

עֶבֶר אֱלֹהִים, παῖς τοῦ θεοῦ. Seruus Dei.

Iesaiæ 24. 53.

Interpretatio.

Meschiah patribus supera promissus ab arce
Qui uenit, Seruus dicitur esse Dei.
Æterni sancta Genitoris uoce iubente,
Submisit tantis se quod in orbe modis:
Ut non indignum summo reputarit honore
Carnea mortalis sumere membra uiri.
Hoc & sub fragili tam uilis corpore Serui
Humanis placidè subdere rebus opem.

Et

Et nos promerita sic libertate priore
E tristi letos eripuisse iugo.

XIX.

ΛΥΤΩΤΗΣ, Ο ἍΓΙΟΣ
ΤΩ ΙΣΡΑΗΛ, Redemptor Sanctus Israel. Iesaiæ 41.
47. 59. 60. Iob 19. ἀπολύτωση, Redemptio,
Luc. 1. I. Cor. 1. ἀντίλυτρον, Precium Redem-
ptionis, 1. Timoth. 2.

Interpretatio.

Illum qui uiua est coelestis imago parentis,
Sacra Redemptoris dogmata uoce notant.
Quod consanguineus noster factusq; propinquus,
Sumpsit ubi humanae debile carnis opus.
Peccati iam captiuis Sathan. q; propinqui
Iure, suo ueniam sanguine promeruit.
Et nos eripuit cum fortiter hostibus atris
Illorum repulit uindice tela manu.
Humanumq; genus dotatum munere multo
Adseruit regno restituitq; suo.

Alia.

Αντίλυτρον sacra constituit quoq; pagina Christum
Quod uere precium criminis ipse fuit.
Haud quia ius ingens regalis pondus et auri
Errorum poterat persoluisse luem.

Humana

Humanum tanti nec opus quodcunq; ualoris
Hic erat, ut minimum posset habere locum.
Deniq; non caelo non ulla creata sub orbe
Res uisa est tali munere digna satis.
Innocuo solus pro manans corpore sanguis,
Debita sed potuit soluere λύξα Deo.

XX.

צַדִּיק, Δίκαιος, Iustus, Iesai. 53.

Interpretatio.

Crimine non solum natura purus ab omni
Est quod, Iusticiae nomina Christus habet:
Sed quod & iniustis nobis illius ab ipso
Virtutis ueniant maxima dona sacra.
Namq; suo merito nec non ope numinis, omni
Efficit ut culpa pectora nostra uacent.
Hunc propter iustos quoq; sic pronunciat, & nos.
Acceptat summa pro bonitate Deus:
Dum modo corda sacro syncerè dedita uerbo
Excipiunt illum non dubitante fide.

XXI.

רֵעֵינוּ, ποιμὴν ἡμῶν, Pastor noster.
Psalm. 23. Iesaiæ 40. Iehoz. 34. Ioan. 10. Ἀρχιεπίσκοπος,
πρινοποιμὴν, Princeps pastorum, 1. Pet. 5.

Intera

Interpretatio.

Per loca pastor oues ceu gramine florida pascit,
Frigidaq; & rauca flumina ducit aquae.
Forsan aberrantes solitas & flectit ad herbas,
Insidias auidi praecauet atq; lupi:
Sic sacer officio Saluator fungitur isto,
Praebet ubi uerbi pabula sancta sui.
Et pia uiuificat caelesti corda uigore
His referens uocis nuncia leta suae.
Nos etiam errantes ad pascua uera reducit,
Propellit Stygios hinc procul atq; lupos.

Alia.

Pastoris summi bonitas & gratia nostri
Non satis extolli laudis honore potest.
Haud etenim pauidas ad roscida pascua tantum
Ducit oues, cura monstrat & esse sibi:
Sed sua respiciens aliqua non commoda parte
Tam quoq; feruentis fecit amoris opus:
Ut propriam dura dubitarit perdere uitam
Morte minus, posset quo reparare gregem
Atris haerentem quem iam sub faucibus, asper
Inde uoraturus mox erat ore lupus.

XXII.

מִיכָאֵל הַשֵּׁר הַדָּרוֹל הַעֵמֶר עַל-בְּנֵי
עַמּוֹ:
ΜΙΧΑΗΛ

ΜΙΧΑΗΛ ὁ ἀρχὼν ὁ μέγας, ὁ ἐσηκῶς ἐπὶ
τοῦς υἱοῦς τοῦ λαοῦ σου. Michael Princeps ma-
gnus, qui stat pro filijs populi sui. Daniel. 12. Apo-
calip. 12.

Interpretatio.

Ardua sublimem quem tollit ad aethera uerè

Virtus, Dux omnes unicus inter erit.

Magnifice cuius laudes celebrentur ab ortu

Solis ad occiduas hinc procul usq; plagas.

Hic est aeterni Genitoris Filius ipse

Michael, cui non par quis in orbe manet.

Quo non existit uirtute potentior alter,

Inuictum uerè quilibet huncq; canet.

Hic à parte sui populi stat pectore firmo,

Et facit ut tutus sit maneatq; satis.

Alia.

Excitat à longis durissima praelia seclis,

Cum turba Stygius conueniente Draco.

Ille quibus sanctum conatur tollere coetum,

In quo caelestis sunt pia membra chori.

Ne possint superesse, Deum qui noscere discant

Atq; creatorem concelebrare suum:

Sed Sathanae semper Dux maximus ille resistit

Michael, sternens robore cuncta suo.

Fortiter insultus quosuis hic suscipit in se

Hostibus exitium perpetuumq; parat.

C

XXIII.

XXIII.

מושל בִּישְׂרָאֵל. Septuaginta duo interpre-
pretes transtulerunt, τὸ εἶναι εἰς ἄρχοντα τῶ
Ἰσραὴλ. Græcus Matthæi textus habet, ἡγούμενος,
ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαὸν μετ' Ἰσραὴλ. Dōs
minator in Israel. Micheæ 5. Matth. secundo.
נְגִיד הַגּוֹיִם. Græcus, ἕδωκα αὐτὸν ἄρχοντα
ἔθνεσι. Dux populorum, Iesaiæ 55.

Interpretatio.

Gentis Iudææ Dominator dicitur esse
Qui sacer est Isai natus in urbe puer.
Hic rector populo nam tempore ductor & omni
Adfuit electum quem sibi uoce fouet.
Excubias pro quo uigiles & suscipit idem
De cunctis pius huic prospicit atq; Pater.
Aspera quinetiam certamina sponte subire
Cernitur ut cedant prospera fata pijs.
Vera Gubernator sic hos per pascua ducit,
Nec non auertit tristia damna procul.

XXIII.

חֲמֻדָּה כָּל-הַגּוֹיִם. τὰ ἐκλεκτὰ πάντων
ἔθνεω. Desiderabile cunctis gentibus, uel
Desideratus cunctis gentibus. Haggæi 2.

Interpretatio.

Temporis

Temporibus mouit cunctis qui uota piorum
Anxia sub toto gentibus orbe sui.
Unicus est Christus, causam qui solus ademit
Tristitie trepidos cumq; dolore metus.
Conscia senserunt quos pectora criminis, ob quod
His data non esset pacis amica quies.
Ni desiderium cessisset dulcius ipsis,
E caelo terris ex bonitate datum.
Erexit mentes mira ratione quod a gras
Pro uoto iussit letitiaq; frui.

XXV.

מַלְאָךְ הַבְּרִית. ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης.
Angelus foederis siue testamenti, Malach. 3.

Interpretatio.

Imperat Angelicis qui conditor ipse ministris
Angelus asseritur foederis esse sacri.
In terras huc aeterno mandante parente
Est quia syderei missus ab axe poli.
Ut ferret miseris gratissima nuncia nobis,
Vera queat recipi qua ratione salus.
Et proprio consummaret quoq; sanguine pactum,
De quo scripturae mystica dicta docent.
Acceptat foedus per quod mitissimus omnes
Nos Deus, haud meritos munera tanta licet.

C ij

XXVI.

XXVI.

שמש צדקה. ἥλιος δικαιοσύνης. Sol
iusticie, Malachie 4.

Interpretatio.

Aureus ut densa noctis caligine pulsa
Sol profert gratum lucis in orbe decus.
Vitalis præbens & comoda pulchra caloris
Condita concesso munere cuncta fouet:
Haud aliter Sol iusticie qui Christus habetur
Cordibus ex nostris nubila tetra fugat.
Exortus Dominum cum rite timentibus, ipsis
Suggerit ætherei commoda sacra boni.
Numinis hosq; fouet proprij uirtute potenti
Reddit & eterne pignora iusticie.

XXVII.

בן אדם. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, non τῆς
ἀνθρώπου, quam lectionem quorundam praua in-
terpretatio profert. Filius hominis. Matth. 8. &
passim alibi.

Interpretatio.

Quem cœlum, tellus tremit & quem, filius esse
Ipsius hic hominis dicitur ore suo.
Editus haud quod sit tantum de Virgine pura,
Sed quoq; sub fragili corpore uerus homo.

Sicq;

Sicq; sue præbet bonitatis candida signa
Se nobis humilem monstrat & esse satis,
Nostra de causa qui se demiserit illis
Sponte modis, miser ut sit reputatus homo.
Et placidè tulerit sub forma corporis ista
Inferior cunctis esse sub orbe uiris.

XXVIII.

כִּיפָה . ἡ πέτρα, Petra. Esai. 8. et 28. Matth.
16. & 21. 1. Cor: 10. 1. Pet: 2. Act: 4.

Interpretatio.

Filius omne Dei uere uiuentis in æuum
Petra manet sancto quem regit ipse gregis
Constat enim fundata per hunc Ecclesia solum,
Illius & firmo robore tuta uiget.
Huic uarias quamuis meditetur nocte dieq;
Inferni fraudes mille dolosq; cohors.
Conatur sanctam quibus hæc contundere petram,
Hancq; superstructam diripuisse domum:
Non tamen illius uis perfida præualet unquam,
Inde repulsa procul sed sua damna capit.

XXIX.

אַחֵינוּ . ἀδελφὸς ἡμῶν. Frater noster.
Matth. 28. Iohan. 20. Hebr. 2.

C iij

Intere

Interpretatio.

Quam miseris est dulce decus mortalibus illud,
Quod fratres Christus nos ait esse suos.
Edita qui cum sit summo Genitore propago,
Indicat hunc ipsum nos & habere patrem.
Ardenti cuius digni reputamur amore
Ob Gnatum mundo quem dedit ipse suum.
Ac uelut eterno quæ sunt subiecta parenti
Omnia lege tenet Filius illa pari:
Sic quoq; cum Gnato coetum gaudere piorum
Hisce bonis patitur tempus in omne Deus.

XXX.

ἄϊδϊϞ ὁ ΛόγϞ τῷ Πατρὸς ἄϊδϊς. *Æternum Verbum æterni Patris. Iohan. I.*

Interpretatio.

In mundo per quem sunt omnia condita Christus
Æterni Verbum dicitur esse Patris,
Quod ceu, cum coepit facienda reuoluere, mente
De nostra uerbum consiliumue uenit:
Sic Deus æterni se contemplantis imago
Subsistens uerbum est Filius atq; Dei.
Hoc quoq; non extat dubium, persona quod is sit
Quæ quondam patribus dicta sacrata dedit.
Protulit humana Legatus deq; salute
Arcano Patris dulcia uerba sinu.

XXXI.

XXXI.

ὁ ἄμνος τοῦ θεοῦ, ὁ αἴρων τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ κόσμου. Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Ex eodem. Item Apocal. 5.

Interpretatio.

Agnum iussus erat celebrans offerre Sacerdos
Sacra, sub antiquo foedere, uoce Dei.
Tunc etiam populus tulit hunc sibi labe carentem
Delicias festo Paschatos esse cibi.
Ille sed haud agnus poterat persolvere quicquam,
Propter & hunc nulli pristina uita redit.
Ast extrema dedit solummodo Symbola quaedam
Agni qui tandem uisus in orbe fuit.
Hunc clara cum uoce sacer Baptista professus
Ostendit digito stans prope flumen aquæ.

Alia.

Esse Dei uere Christum cognoscimus agnum
Æterno solus quòd placet ille Deo.
Et quod descendit de cælo missus ab ipso,
Hostia mandato factus & huius obit.
Impuraq; unum uere cum labe carere
Hunc constet culpæ nullius atq; reum:
Criminibus precium nostris æquale repertum
Est solus, merito tollat ut illa suo.
Quinctiam non nostra modo, sed crimina mundi
Tollere totius hæc uictima sacra potest.

XXXII.

ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. Panis uitæ, Ioan. 6.
ὁ ἀρχηγός τῆς ζωῆς. Princeps uitæ. Act. 3.

Interpretatio.

Quamuis ille die panis quo uescimur omni
Humani uictus corporis esse queat.
Et uitæ fragilis mediocria commoda præstet
E superis huic dum uisq; fauorq; datur:
Non tamen illius largitur munera uitæ,
Que solum certo fine beata caret.
Talis at à Christo cunctis conceditur illis
Qui sacra credentes iussa tenere student.
Hos hic cœlestis panis conseruat acerbæ
Ut nunquam mortis tristia fata ferant.

Alia.

Que propria uitæ donum uirtute ministret
Res hoc monstrari nulla sub orbe potest,
Omnia consistunt sed per quem condita uere
Hic uitæ Princeps dicitur atq; dator.
Est idem panis, uirtus accepta referri
Cui sustentandi debet ab ore pio.
Hic etenim tales non solum spectat ad usus,
Ut capiant uictum languida membra suum:
Suppeditat nostris animis alimenta sed illa
Quo possint uita non percunte frui.

XXXIII.

XXVIII.

Ἡ θύρα τῶν προβάτων. Ostium ouium. Ioh
han. 10.

Interpretatio.

A se concinnè satis appellatur ouilis
Ianua coelestis Filius ipse DEI.
Namq; licet solum nobis intrare per illum
Coelitus extructæ sub sacra tecta domus.
In qua grex ouium selectus uoce superna
Pectoribus carpit pabula grata suis.
Ergo si quisquam non auspice, nec duce Christo
Illius inuentus pars erit una gregis:
Is dulci nunquam fructu cumulabitur hoc quo
Agmen abundabit. tempus in omne pium.

XXVIII.

Ἡ ἀνάστασις ἡμῶν. Resurrectio nostra. Ioh
han. 11.

Interpretatio.

Corporis illa quidem nostri mortalia membra
Hic caro tam fragilis tamq; caduca tegit.
Ut uarijs lassos curis morbisq; malignis
In cineres redigat mors & auara lues.
Equibus haud nunquam nobis prodire liceret
Hæc Gnatus gereret ni quoq; membra Dei.

C v Assume

Assumta qui tam fragili de uirgine carne
Contulit huic ingens præcipuamq; decus.
Ut gelida de morte resurrectura per ipsam
Perpetuos ualeat uiuere quando dies.

XXXV.

ἡ ζωὴ ἡμῶν. Vita nostra. Eodem capite.
Item cap. 14.

Interpretatio.

Ob crimen culpa primorum turpe parentum
Admissum mors est naeta sub orbe locum.
Ob Christi sed iusticiam meritumq; prioris
Sunt uitæ cunctis reddita dona pijs.
Hinc cum sit uitæ fons & reparator ademptæ
Is titulum talem uoce decente gerit.
Nec poterunt aliquem certissima fallere uerba,
Hæc quæ diuino protulit ore suo:
Omnibus haud fictæ quod sit credentibus ipsū
Tempus in æternum uita futura comes.

XXXVI.

τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον
θεωποῦν ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Lux illa uer-
ta, quæ illuminat omnem hominem uenientem in
hunc mundum, Iohan 10. τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Lux
mundi, Ioh. 8. τὸ φῶς ὃ εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθε.
Lux

Lux quæ uenit in hunc mundum, Iohan. I.

Interpretatio.

Cum mundus tenebris esset submersus in atris,
Et regeret ratio pectora cæca nimis.
Nec non horrerent erroribus omnia crassis
Noticia passim dispereunte Dei:
Lux est è cælo terris demissa corusco
Quæ tenebras oriens sustulit inde procul.
Hæc Christus lux est homines qui quoslibet almis
Illustrat radijs luminis ipse sui.
Illi seposita modo si caligine densa
Excipiunt lucis munera sacra fide.

Alia.

Illos ut dubijs subiectos esse periculis
Scimus qui carpunt tempore noctis iter:
Et nunc præcipites in casus corpore ferri,
Nunc prope lethalis damna uidere necis:
Sic omnes qui cœlesti non luce reguntur
Fatalis cingunt scœua pericla mali.
Errantes dum fata premunt crudelia mentes
Insidiæ mortis perpetuæq; truces.
Post Stygiæ quas est tenebræ sine fine sequentur,
Hæc quia contemptus præmia lucis habet.

XXXVII

Kyrios

κύριος ἡμῶν, Dominus noster, Iohan. 13
ἔρασσιμ alibi. κύριος πάντων. Dominus omni
um, Actorum 10. κύριος κυρίων καὶ βασιλέων
βασιλέων, Dominus Dominorum ἔρα Rex Regum
Apocal. 17. ἔρα 19.

Interpretatio.

Præ cunctis toto quotquot dominantur in orbe
Digna satis Domini nomina Christus habet.
Æqualis nam cum Patri super astra sedenti
Existat, quoq; par obtinet imperium.
Inde sub hoc mundo quæcunq; creata uidentur
Illius spectant prompta ministerium.
Si uiuunt homines Dominos quos nosq; uocamus,
Ob causam titulos ipsius hosce gerunt.
Sunt etenim serui Dominus quos ordinat iste
Vt sibi quod placuit perficiatur opus.

Alia.

Is debet multa reputari parte beatus
Et minime obscuræ conditionis homo.
Qui seruus dici dignus fidusq; meretur,
Et tanti Domini iussa paratus agit:
Imperium cuius formidant omnia, tantam
Et qui mercedem soluere sponte solet.
Quantam non Princeps ullus soluitiue Monarchæ,
Is quamuis Cræsi promere possit opes.

an. 13

s omni

σιλευ

Regum

rbe

et.

ur

amul

rchā

Præ

Præmia non præstat nam mox peritura labori,
Perpetuis cumulat sed sine fine bonis.

XXXVIII.

Διδάσκαλῶ ἡμῶν. Magister noster, Ioan.
han. 13. ἐπιστάτης. Præceptor, Lucæ 17.
מִצַּוֵּת הַמִּצְוֹת, Græcus reddidit, πρὸς ἅσασιν
ἔθνεσιν. Præceptor populorum; Iesaiæ 55.

Interpretatio.

Vnicus egregia celebrandus laude Magister
Est Christus, uerè dogmata pura docens.
Cuius cum studio flagranti pendet ab ore
Quæ uiuit summo dedita turba Deo.
Vnius hæc eadem iurauit & in sacra uerba
Illius, unamini nititur hisq; fide.
Et non attendit quicquam uel forte moratur
Si quis diuersum proferat atq; uelit.
Audiat ut Christum namq; ipsum uox sacra cælo
Edita perspicuè iussa seuera dedit.

Alia.

felix nimium qui Præceptore sub illo
Proficit & cupida dogmata mente capit.
Cælestibus è superis cuius sunt cuncta profecta
Protulit in terræ quæ bene uerba plagis.
Etq; docet tanta qui cum uirtute Magister
Quanta non alius tradere dicta potest.

Demulcet



Demulcet solum quia non concentibus aures,
Illustrat mentes sed simul ipse pius.
Et nihil efficiunt reliqui sudore docendi
Interius si non hic quoq; corda regat.

XXXIX.

ἡ ὁδὸς ἡμῶν. Via nostra, Iohan. 14.

Interpretatio.

Vnica, qua nobis conceditur, est uia, celsum
Æthereæ recta limen adire domus.
In qua cernuntur sanctissima Cœlipotentis
Ora patris, superi gensq; beata chori.
Creditor hæc nostri generis pius esse Redemptor
Propter id excelsa missus ab arce poli.
Ut nos pestifera seductos fraude doceret
Quæ liceat uerum carpere rursus iter.
Is manibus quoq; sponte sacris deducit ad illud
Omnes se duci qui modo corde sinunt.

Alia.

Sunt homines operum quodam splendore suorum
Clara parant propriam qui sibi ad astra uiam
Et sub sydereo sedes conantur Olympo
Iusticiæ factis promeruisse suæ:
At toto constat cœlo tales quod aberrant
Incedant recta quod minus atq; uis.

Esse potest hominum quia nemo dignus & aptus
Vel queat ut saltem cernere regna Dei,
Per Christum fuerit si non ingressus in illa,
Quilibet hoc felix quo duce carpet iter.

XL.

ἡ ἀλήθεια. Veritas. Ex eodem.

Interpretatio.

Veracis Christum non conuenienter habere
Nomine quis dicat quæ dedit ipse sibi
Est etenim uerus natura totus ab ipsa
Et nouit penitus nil nisi uera loqui.
Nec faciunt homines ceu plures, corde dolosas
Molitur fraudes ore benigna loquens:
Turpe simultatis crimen sed nescit, & inquam
Inuentus non est huius in ore dolus.
Illius ergo fidem qui dat sermonibus, hic se
Deceptum nullo sentiet esse modo.

Alia.

In terris non est Christo ueracior alter,
Is solus monstrat dogmata uera Dei,
Numinis & superi ui flectit pectora nostra
Ut uere credant uocibus illa sacris.
Exceptas prompto fidei conamine talem
Per quas accendit mox quoque noticiam;

Hinc

Hunc quæ mente Deum uerè complectitur unum.
Omni qui debet cum pietate coli.
Deniq; lætitiã ueram sub cordibus ægris
Instaurat, uera iusticiaq; beat.

XLI.

ἡ ἀμπέλῳ ἡ ἀληθινῆ. Vitis uera. Iohan. x 5.

Interpretatio.

Quanta patet Seruatoris clementia nostri,
Veræ quem uiti se æquiparare uides.
Taliter & qui nos insertos asserit ipsi,
Insitus ut palmes uitibus esse solet.
Humanam nam cum sumpsit sine crimine carnem,
Nos dignos sancto fecit honore suo.
Corporis & sicut nostri, quæ continet illud,
Cernere cum membris mutua uincla licet:
Sic simili quodam iunxit sibi fœdere cunctos
Ille pios, quos & ceu sua membra fouet.

Alia.

Viuidus ut succus sub uite reconditur alma,
Debita quo palmes dona uigoris habet.
Et succi rigua cuius uirtute fluente
Progenerat fructus surculus ipse suos:
In Christo sic uite sacro quoq; Spiritus extat
Cœlestis, uiuus numinis atq; calor.

In sua

In sua quem passim transmittit membra, fideli
Consortes & quos iunxit amore sibi.
A quibus & ueri fructus seu facta sequuntur
Optima, producit quæ sacer ille uigor.

XLII.

ἱλαστήριον, Propiciatorium, quod alibi in Eo
bræo, ex quo appellatio hæc sumpta est, nominant
תָּרָבִיב tegumentum siue operculum quo tegebatur
Arca Dei, Rom. 3. Exod. 25. & c. ἱλασμός πρὸς
τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, Propiciatio pro peccatis no-
stris, 1. Iohan. 2.

Interpretatio.

Arcam, moris erat, tegumen quo claudere sanctam
Re Christi gessit conueniente typum.
Nam ueluti legis tabule occultantur ab illo
Quæ monstrant homines criminis esse reos:
Sic tegit hic etiam, latebris & condit in imis
Peccatum, meritis expiat atq; suis,
Illius ablatis & tectis sordibus, ut iam
Quod lex accuset non quid habere queat,
Sed quauis cesset turpis damnatio parte,
In nos mens omnes sitq; benigna Dei.

XLIII.

πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. Primogenitus

D

mogeo

mogenitus inter multos fratres. Roman. 8.

Interpretatio.

Præcipuus Dux est & primus in agmine sancto,
Quod sibi coniunxit Filius ipse Dei.
Et quacunq; fuit uel uiuere sorte uidetur,
Hec eadem semper noscitur esse pijs.
Inde tulit uiuens quia seua pericla sub orbe
Ipsi perq; crucis gloria cessit onus:
Huic etiam fratres addictos pectore caros
Cernimus in terris his mala dura pati.
Semper & ærumnis iactari donec in arce
His supera melior cum Duce uita datur.

XLIII.

τέλος νόμου εἰς δικαιοσύνην παντὶ τοῦ πιστεύοντι. Finis, perfectio siue impletio legis, ad iusticiam omni credenti.

Interpretatio.

Inter mortales nullus cum uiueret omnes
Compleret legis qui sacra iussa satis.
Et tamen ipse Deus perfecte posceret illam
Seruari, cum sit regula iusticiæ:
Prodiit è coeli noster pius axe Redemptor
Corde ferens legis cum patiente iugum.
Isq; sacræ demum uotis mandata peregit
Vnus & absoluit singula sine suo.

Vt

Vt dextrè iam credatur perfectio legis
Qua dignos propter, nos Deus, huncq; putat.

Alia, de modis quatuor, quibus Filius Dei Legem implet.

Talibus exactè Christus rationibus implet
Legem, quæ sancta tradita uoce fuit.
Diuinis cum præceptis obtemperat, omni
Parte sui seruans sponte statuta Patris.
Et quando pœnas in se deriuat acerbis,
Debebant plecti crimina nostra quibus.
In nobis ubi iusticiæ lumenq; prioris
Restituit uitæ perpetuæq; decus.
Deniq; cum sancit legem, præscripta probatq;
Huius, mortales illa tenere iubens.

XLV.

ἡ τῶ θεῶ δ' ὰνάμει. Dei potentia, siue Virtus,
ut alij reddunt, I. Corinth. I.

Interpretatio.

Propter id est dictus diuina potentia Christus,
Omnis ab hoc Virtus quod patet orta Dei.
Haud quoniam uasto consistit in æthere quicquam
In terræ cunctis conspiciq; locis.

D ij Qua

Quo gaudet quod non acceperit esse per illum
Et maneat saluum conditione sua.
Efficit hic etiam per dicta sacrata potentes
Quotquot eum cupida noscere mente student
Ut confirmatis concessa sit illa potestas
Qua possint regno pars ut inesse suo.

XLVI.

ἡ τοῦ θεοῦ σοφία. Dei sapientia. Ex eodem.

Interpretatio.

Est aeterna Dei sapientia patris & idem
Mens hic sub clara luce quod una manet.
Quid nam proferri quid narrari queat unquam
Quod non perspectum nouerit esse sibi.
Illa quidem superans quemuis sapientia captum
Rebus & in cunctis conspicienda datur.
In toto cum sit factum nihil orbe per ipsum
Commendet quod non maximus artis honos.
Cum pulchro sit quodq; decens non ordine iunctum
Aut etiam cuius causa sit apta minus.

XLVII.

σοφία ἡμῖν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἔργηθεῖς. Sapien-
tia nobis factus à Deo. Ex eodem.

Interpretatio.

Factus

Factus & hic nobis quod sit sapientia uera
Diuino, Pauli, munere dogma refert.
Nam totus cum sit sapiens, intelligat æquè
Sintq; uoluntati qualia grata Dei.
E superis huc ad nostras demittitur oras,
Ut nobis lucem conferat ipse suam.
Nostras informet mentes & dogmate sacro
De uera summi cognitione Patris.
Omnibus expressis & monstret cætera uerbis
Synceræ laudem quæ pietatis habent.

XLVIII.

ἁγιασμοῦ ἡμῶν ἀπὸ θεοῦ ἁγίου. Sanctio
ficatio nobis à Deo factus. Ex eodem.

Interpretatio.

Is quoq; nomen habet Sancti, quia prorsus ab omni
Peccato purus uiuit & innocuus.
Unicus est quod præterea promotor & autor,
Ut dicant sanctos nos simul ora Dei.
Nam genus humanum quamuis ab origine prima
Corpora non puro semine nata gerat:
Nescia uita tamen culpæ, uenerandaq; uirtus
Huius nos turpi labe carere facit.
Insontis rursus donatos munere uitæ
Et socios sancti non uetat esse chori.

D iij Ibidem

Ibidem & alie extant appellationes ut, δικαιοσύνη, ἀπολυτῶσις ἡμῶν ἀπὸ θεοῦ ἡμεῶν, Iusticia redemptio nobis à Deo factus. Sed de his in superioribus.

XLIX.

Θεμέλιον, παρὰ ὃ οὐδεὶς ἄλλο δύνάται θεῖναι. Fundamentum præter quod nemo aliud ponere potest, 1. Corinth 3. θεμέλιον τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν. Fundamentum Apostolorum & Prophetarum, Ephes. 2.

Interpretatio.

Haud aliud fundamentum iam præter id unum

Quod præstat Christus quis posuisse potest?

Omnia nam sita sunt & depromuntur in illo

Ipsa pijs quibus est excipienda salus.

Hoc solo si quis fundamine nititur ergo,

Nec dubius tentat quærere forte novum:

Fluctibus haud trucibus per cuncta mouebitur iste

Secula, uel uitæ trista fata feret.

Consistens motus sed contra firmiter omnes

Accipiet fidei commoda iusta suæ.

Alia.

Cœlitus electi Vates sanctiq; ministri

Fundamen nullum tollere laude solent.

Est iussu quàm diuino quod & ordine iactum,

Id manet æterni Filius ipse Patris.

Cœlestes hoc Legati nituntur & ipsi,

Hinc clara tuto fidere uoce iubent.

Sic quouis qui uixerunt quoq; tempore sanctos

Cordibus hoc letis percoluisse patet.

Si ueniunt ergo noua qui fundamina quæerunt,

Quilibet hos fugiat deuoueatq; pius.

L.

κεφαλή τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ πάντα. Caput
Ecclesiæ super omnia, Ephes. I. Coloss. I. κεφαλή
τῆς ἐκκλησίας ὡς ὁ ἀνὴρ κεφαλή τῆς γυναι-
κὸς. Sponsus siue caput Ecclesiæ, quemadmodum
uir est caput uxoris. Ephes. 5. Esaiæ 61.

Interpretatio.

Vnum quod noscit uiuens Ecclesia Christus

Est caput, hoc saluo corpore membra tegit.

Non etenim quid perfectum monstrabitur unquam

In nobis, & uis integra nulla uiget.

Hoc sed, quod mutulum languet, caput undiq; com-

Quæ desunt iustis restituitq; locis. (plet

Sic illud miserè quæ sunt distincta resarcit,

Perficit inceptum quod prius atq; fuit.

Traducat uitam quo posthac integer omnem

Quæ petit & noscat fata beatus homo.

D iij Alia

Alia.

Esse suo capiti solet ut pia subdita coniunx
Huius ad unius iussa parata, uiro.
Nec non affectu miro complectitur illum
Hunc curat, sequitur quam parat iste uiam.
Haud aliter caput obseruans Ecclesia Christum,
Illius solum pectore uerba capit.
Huic seruire studet, fouet hunc sub cordibus imis
Sponsa uelut sponsum diligit huncq; suum.
Quin alios non agnoscens ita pendet ab isto
Cuncta per hunc ut sit prompta pericla sequi.

L I.

ἡ εἰρήνη ἡμῶν. Pax nostra. Ephes. 2.

Interpretatio.

Hostibus à sœuis reddit tranquilla piorum
Pectora per seclum Filius omne Dei.
Suscipiens placidi munus quoq; sponte sequestrè
Diuersis pacem gentibus ille parit.
E medio postquam nam leges sustulit olim
Isacidæ constat quas coluisse genus,
Conspicuoq; quibus discrimine gentibus illud
Præ reliquis quondam fœdera certa tulit:
Optimus hic autor pacis mandauit ut insit
Iudæis mens, & gentibus, una fides.

L II.

LII.

προσφορὰ καὶ θυσιὰ ὑπὲρ ἡμῶν τοῦ θεοῦ
εἰς ὄσμω̄ν εὐωδίας. *Victima et oblatio pro nobis*
Deo in odorem bonæ fragrantie. Ephes. 5.

Interpretatio.

Summa redemptoris nota est clementia nostri

Immensus quo nos prosequiturq; fauor.

Obtulit hic etenim Patri se, grata placensq;

Hostia pro nobis posset ut esse Deo.

Qui nimium dulces ex hac ubi sensit odores,

Mox iram non est passus habere locum.

Et iussit quo cessaret maledictio dura,

Quæ nos insuavi presserat antè iugo.

Reddita sicq; fuit cunctis benedictio nobis

Atq; salus precibus sæpe petita pijs.

LIII.

εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀορατοῦ. *Imago Dei in conspiciui, Coloss. 1.*
χαρακτῆρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ θεοῦ. *Expressa imago substantiæ Dei, Ebr. 1.*

Interpretatio.

Est in conspiciui Genitoris Christus imago

Diuina proles nataq; mente Dei.

D v Nam

Nam pater æternus ceu mens est, qua meditante
Intuitu uiuens prodit imago sui.
At quæ non tenues mox euanescit in auras,
Qualiter in nobis illa perire solet:
Hæc sed subsistit uerè uiuitq; parenti
Æqualis, cuius numen & omne refert.
Sic sacra maiestas bonitasq; uidetur in illa
Atq; capi nobis hac ratione datur.

LIIII.

πρωτότοκος πάσης κτίσεως. Primogenitus
nitus uniuersæ creaturæ. Ex eodem. ἡ ἀρχὴ τῆς
κτίσεως τοῦ θεοῦ. Principium creaturæ Dei. Apo-
calip. 3.

Interpretatio.

Ob causam primum genitus quoq; dicitur istans
Sæcula quod natus quælibet ante fuit.
Per quem cœperunt gratissima munera uitæ
Omnia sub cœlo quæq; sub orbe manent.
Talia siue datur mortali cernere uisu,
Siue minus nobis conspicienda, latent.
Hæc sint siue throni Dominantes siue uocati,
Siue potestates imperioûe dati:
Filius ante Dei fuit isthæc, cuncta per istum
Autoremq; suum firmaq; salua manent.

LV.

ἀρχὴ

ἀρχὴ πρῶτόγονος ἐκ τῶν νεκρῶν. *Primo-*
cipium primogenitum ex mortuis. Sic enim ex Græ-
co rectius quam ut vulgo habetur. Ex eodem, I. em
I. Cor. 15. Apoc. 1.

Interpretatio.

Viuorumq; resurgentum de morte uocatur
Fons & principium Filius ipse Dei.
Qui non qua fruitur, uitam, per secula cuncta
Ex alio sumpsit contribuente sibi.
Res quali reliquæ noscunt ratione creatæ
Munera se uitæ tradita ferre suæ:
At hic & sacro propria sibi percipit istam
Numine cui uirtus uiua fouensq; subest.
Ex qua largiri bonâ cum sua gaudeat, auræ
Vitalis cunctos participesq; facit.

LVI.

ἓς μεσότης θεῶν καὶ ἀνθρώπων. *Vnus Mediator*
Dei & hominum. I. Thimoth. 2.

Interpretatio.

Vnicus est Christus Mediator crimine plenos
Inter nos homines innocuumq; Deum,
Cuius cum iusta premeremur duriter ira,
Damnati factis ad fera claustra malis:
Hic interposuit mihi se motus amore

Nos

Nos patri rursus conciliare studens.
Is quoq; per foedus factum cognatus utriq;
Concordes partes reddidit esse duas
Sic ut homo patris iam mente receptus amica
In caelo sedem possit habere suam.

Alia.

In multis praecipue dementia cernitur esse,
Impietas cunctis et fugienda pijs.
Quod Mediatores alios inquirere tentant,
Hunc praeter solus qui decus illud habet.
Et crebris festas precibus uoluuntur ad aras
Sanctorum, poscunt praesidiumq; sibi.
Cum tamen e uiuis sublatis funere sancti
Nil penitus nobis consuluisse queant.
Est etiam auxilio diuino quoniam opus ipsis
Per quod seruati caelica regna tenent.

LVII.

יורש כל הדברים. κληρονόμος πάντων.
Heres omnium. Ebr. x.

Interpretatio.

Heredem sibi dilectum super omnia Gnatum
Constituit summum lege manente Pater.
Ipsi praereliquis hinc est possessio grata
Ius in credentem quod tenet omne gregem.
Cordis

Cordibus in quorum plenis pietatis amore
Ille sibi letus tecta laresq; parat.
Hæc uerbi sceptro diuini corda gubernat
Et recreat sacro numinis igne sui.
Atq; uoluntati quæ sunt accepta supernæ
Commoda cum reditu scænoris inde capit

LVIII.

זֹהַר כְּבוֹדוֹ. ἀπαύγασμα τῆς δόξης
τοῦ Θεοῦ. Splendor, uel potius ut Græca uox innuit
irradiatio gloriæ Dei. Ebræi.

Interpretatio.

In Christo claro sub lumine gloria fulget
Æternus Genitor qua sine fine regit,
Nam ueluti rutilo sol igneus ortus Olympo
Emittit radios luce nitente suos:
Sic patris est fulgor sic irradiatio Gnatus
Illius & lumen luminis omne refert.
Constat in hoc etiam quod rite paterna uoluntas
In speculo tanquam conspicienda datur.
Filius hinc dicit solum se nosse parentem
Illius nobis & dare noticiam.

LIX.

παράκλητος ἡμῶν πρὸς τὸν πατέρα. Aduoca-
tus noster apud patrem. 1. Iohan. 2.

Inter.



Interpretatio.

Vnicus in cœli nobis est arce patronus
Iusticiam uero Christus amore colens.
Ille sibi curæ causam sinit esse suorum
Nos defendendos suscipit atq; reos.
Adstans à dextris ergo patris omnipotentis
Efficiat miseris ut bona quæq; studet.
Et petit ut subeat patris miseratio mentem
Iratum dum nos perdere constituit.
Quin etiam iustos letari uoce benigna
Sub dulci tutos uiuere speq; iubet.

L X.

ὁ ἀληθινὸς θεὸς καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιον. Verus
Deus & uita æterna. I. Iohan. 5.

Interpretatio.

Christum dogma Deum uerum cœleste reuelat
Quem per in æternum uita beata datur.
In qua sancta malis Ecclesia libera cunctis
Et penitus duræ lege soluta necis,
Rite creatorcm præsentem noscet, & ipsum
Sit qualis poterit cernere luce sua.
E dulci surgent conspectu maxima cuius
Gaudia, cœlestis cunctaq; dona chori.
Cum Deus & fuerit sic omnibus omnia uere
Ipsi perpetuo uox pia grata canet.

L XI.

LXI.

ὁ μάρτυς ὁ πιστός. Testis fidelis. ἀμὴν ὁ
μάρτυς ὁ πιστός καὶ ἀληθινός. Amen testis fidelis
et uerus. Apoc. 1. et 3. Iesaiæ 55.

Interpretatio.

Christus præ cunctis alijs est præco fidelis

Æternæ uocis dogmata uera docens.

Dogmata quæ monstrant cœlorum lumen in alto

Quod regnet dextræ quale sit idq; monent.

Diuinæ nec non clare mortalibus ægris

Iussa uoluntatis perficienda sonant.

Amplecti nos uult hæc idem pectore fido

Talibus et firma linquere mente locum.

Hic igitur testis præstat uel pluribus unus

Illius dictis est rata danda fides.

πρωτόγενος ἐκ τῶν νεκρῶν

Primogenitus ex mortuis.

ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς

Princeps regum terræ. Ex eodem. Sed de his
superioribus.

LXII.

τὸ Α καὶ τὸ Ω ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος
καὶ ὁ ἔσχατος. Α et Ω, principium et finis,
primus ille et ultimus. Ex eodem. Item Iesaiæ 44.

Intero

Interpretatio.

Principium nec non finem se nominat atq;
Primum & postremum Filius ipse Dei.
Æterno quoniam Dominator regnat ab ævo
Vllam nec metam qua teneatur habet.
Est hic efficiens quarumuis causa sub orbe
Rerum quæ constant ordine rite suo,
Est pariter finis seu terminus omnia spectant
Conditæ quem solum qualia mundus habet.
Vllam quicquid agant etiam pia pectora facti
Constituunt finem principiumq; sui.

LXIII.

Ο λέων ὁ ὄνεικ τῆς φυλῆς Ἰουδα. Leo ex
tribus Iuda. Apocal. 5.

Interpretatio.

Christus ab illustri progressus stemmate prolis
Isacide fortis dicitur esse Leo.
Nam uelut is ualido quæuis animalia præstat
Robore, quod sancto munere solus habet.
Vertit in exiguos cineres & qualiter omne
Forte quod aduersum percipit esse sibi:
Haud aliter Dux hic cunctos fortissimus inter
Non sibi quem nouit uiribus esse parem,
Imictus uires penitus contundit & illas
Audent quæ regno damna parare suo.

LXIII

LXIII.

τὸ θυσιάζιον τὸ χρυσοῦν. Altare aureum. Apoc: 5. & 8.

Interpretatio.

Fiat inoffensi per crimina numinis ira
Mollior, est animis ara petenda pijs.
Non gemmis uel quæ candenti marmore fulget
Thuris odoriferi pondera quamue grauant:
Vna Deo sed quæ placet extat Filius ara,
Quam super offerri uota precesq; cupit.
Ipsius ex iussu qui fiunt speq; fideq;
Sunt cultus solum quos probat ore Deus.
Huius & incensum quod flagrat nomine gratum,
Est ipsi, cassum tale nec extat opus.

LXV.

ὁ ἀρνίος ἐσφαγμένῳ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Agnus mactatus à iactis mundi fundamentis. Apoc: 13.

Interpretatio.

Id fuit aeterno decretum tempore, Christus
Ut miro fieret uictima consilio.
Victima qua coesa gauderent omne per eum
Illorum quouis libera corda metu
Quos Deus elegit sibi mox ab origine mundi
Agminis ut superi portio grata forent.

E Ergo

XIII

t.
cti

Leo c

is

at

cy

XIII



Ergo uixerunt sanctis hoc quotquot in orbe
Contigit haud alia cum ratione salus.
Ipsos seruauit quam quod sanctissimus Agnus
Omnia qui in fonti crimina morte luit.

LXVI.

ὁ ὀρισμὸς ὑπὸ τῆς θεῆς κρίσεως ζώντων
καὶ νεκρῶν. Definitus à Deo iudex uiuorum &
mortuorum. Actorum 10.

Interpretatio.

In terra uiuis & raptis funere Christus
Est iudex iussu lege datusq; sacra.
Nubibus ex altis ueniens qui luce suprema
Omnes sublimem sistet & ante thronum.
Ac mites olidis agnos discernet ab hircis
Iudicij iusti claraq; dicta dabit.
Qualia corda quidem poterunt recreare piorum
His ubi letitia fas erit inde frui.
At male cunctorum cruciabunt corda malorum
Tristes cum poenas tempus in omne ferent

Alia.

Constituet cunctis quod sic durable seclis
Non hominum synodus conciliumq; frequens
Sed iudex uiuis uitaq; carentibus unus
Propositus faciet Gnatus id omne Dei.

Hic

Hic nam cum ueniet disponet singula iusto
Ordine, nec lites quas superesse sinet.
Et fuerit quæ de cunctis sententia dicta
Hæc stabit quauis firma tenaxq; die.
Quilibet hic igitur cautus sit, iudicis ipsum
Huius perpetuo ne grauis ira premat.

F I N I S.

O R D O S I V E S E R I E S

Appellationum carmine redditarum, ad
quas & cognatæ vel similes refe-
rendæ sunt.

I E S V S.

C H R I S T V S.

Semen Mulieris.

Semen Abrahamæ, Isaac & Iacob,
in quo benedicuntur omnes

gentes terræ.

Siloh.

Propheta.

Rex, Rex gloriæ.

Vermis.

Sacerdos in seculum.

E ij

Lapid

Lapis qui factus est in caput an-
Immanu El. (guli,
Admirabilis.
Consiliarius.
Deus fortis siue præpotens.
Pater æternitatis siue æternus.
Princeps pacis.
Virga, surculus, stirps Isai.
Seruus Dei.
Redemptor sanctus Israel.
Iustus.
Pastor noster.
Michael princeps magnus, stās
pro filijs populi sui.
Dominator in Israel.
Desiderabile, vel desideratus
cunctis gentibus.
Angelus fœderis siue testamen
Sol iusticiæ. (ti.
Filius hominis.
Petra.

Erater

Frater noster.

Aeternum verbū æterni patris.

Agnus Dei qui tollit peccata

Panis vitæ. (mundi.

Ostium ouium.

Resurrectio nostra.

Vita nostra.

Lux illa vera quæ illuminat om

nem hominem venientem

in hunc mundum.

Dominus noster.

Magister noster.

Via nostra.

Veritas.

Vitis vera.

Propiciatio pro peccatis nostris

Primogenitus inter multos fra

tres.

Finis, perfectio siue impletio le-

gis, ad iusticiam omni credēti.

Dei potentia siue virtus.

E ij

Dei

Dei sapientia.
Sapientia nobis factus à Deo.
Sãctificatio nobis à Deo factus.
Fundamentum præter quod ne-
mo aliud ponere potest.
Caput Ecclesiæ super omnia.
Pax nostra.
Victima & oblatiò pro nobis
Deo in odorem bonæ fra-
grantiæ.
Imago Dei inconspicui.
Primogenitus vniuersæ crea-
turæ.
Principium primogenitum ex
mortuis.
Vnus Mediator Dei & homi-
nũ. Hæres omnium. (num.)
Splendor seu irradiatio gloriæ
Dei.
Aduocatus noster apud patrẽ.
Verus Deus & vita æterna.

Tq̄tis

Testis fidelis.

A & O, principium & finis.

Leo ex tribu Iuda.

Altare aureum.

Agnus mactatus á iactis mundi
fundamentis.

Definitus á Deo Iudex uiuo-
rum & mortuorum.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Rev. et Doctiss. Viro M. Georgio

Necelio Affini carissimo.

In sita pectoribus flamma admiranda Parentum

A summo, q nos curat amatq, Deo:

Inde amor in matros et natus dulcis et ardens,

Et desiderij cordibus ignis inest.

Ac magis elucet generosis mentibus ingens

Cura: nec ulla modis conscia, crime habet.

Non desit in tui natorum funere luctum

Improbat, at vitæ spe, velare ju:

Ne pugnemus ei, q rectis omnia notis bet.

Vt pfit nobis, quod facit, omne facit.

Sic matris pie nostrorum fata feramus,

Nas q nos memores no tui esse decet.

Hinc studio collecta meo funebria tui

Sum luctu & lacrymis carmina mudo

Quæ Joveni septem sunt scripta, tibi:

Pignorum, Rosco qta tui duobus

Esse scio toto Joveni tibi pectore carum

Quem saltem bonitas ptegit alma De:

Protegat alma De gen. clementia teq, tuus

Sic deq atq, Rodi linc bonitas, tua.

Jos. Frater

Memoria

OPT: Indolis et spei puerorum, q in fa:
milia Chitreae Davidis nomine
appellati, imatura sed beata mor
te sunt extincti.

Hathan Chitreae F.
Vna Chitreaum multos gens parvula.

Sitos ingenio, indole, flore ^{adles} ~~adles~~

Setenas seu turbo rosas, sic rursq eode

Sustulit inq onus pperata manu.

Sustulit et misere positus in limine Vitae

Rediit patrie nobilitatis opes


Dilecti siquidem Domino, quod amabile no


judicat, hic longas o habere mo


Felix quem paculum sceleris Vitaeq labo


Inferis Angelicis Christe benigne cho


ris.














ULB Halle

3

004 957 741



f

Z



Alay

nonnam zelus domus tue

musica notation

in partem a bi unum

musica notation

nam meam dilectam tradi

musica notation

facta est michi hereditas in

musica notation


ua. dedit contra me uerum

musica notation

gamini et prosperate. ad

musica notation





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

*Venera
Duo
fideb*

*o
b
t
A*

*Stauj
casta
nicor*

